

non puto, quæ iuxta magis communem, ac veram interpretationem dedit, fisco in dubiis nullam esse prærogativam, ut pro ipso pronuncietur, atque idem in calu, de quo agimus, idem de privata, ac non favorabili causa, de fisco dicendum est, scilicet eum esse absolvendum; quamvis multi D. Covar. sententiæ accedant, & in praxi sic observandum doceat Villadieg. in politic. c. 5. §. 12. n. 21.

Ad Num. 4.

30 Eadem ratione tenendum est, non fore potiotem sententiam pro fisco latam, sed communes juris regulas esse servandas, neque valet argumentum de libertate ad fiscum; nam pro illa in dubiis respondendum passim cavetur, l. cum inter veteres 14. in fin. C. de fideicommiss. libertat. l. quoties dubia 21. l. in obscura 140 ff. de reg. jur. l. peculium. 10. §. fin. ff. de manum. testam. l. generaliter 14. §. si peti um, ff. de fideicommiss. libertat. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præf. 115. num. 22. Jacob. Ravard. in d. l. quoties, ubi rationem reddit ex Senec. libr. 11. epistolar. quia scilicet humanitas semper inclinat in melius, prout est libertas respectu servitutis, Præterea libertas omnibus rebus favorabilior habetur; l. libertas 170 ff. de reg. jur. causa verò fiscalis, ut dictum est, favorabilis non censetur, atque ita contra D. Covar. sentiunt, quos laudat, ac sequitur Menoch. d. præsumpt. 7. n. 14. Etsi non pauci in favorem fisci hoc calu respondeant, Joan. Garcia de nobiliis glos. 23. nu. 29. Peregrin. lib. 7. tit. 3. n. 43. Farmac. fragm. crimin. part. 1. lit. Fin. 187. Baccaron. de different. inter juvic. civil. & crimin. d.fferent. 164. n. 7. 8. Quæ omnia procedunt, etiamsi fiscus de damno vitando contendat cum adversario ex simili causa litiganti.

Ad Num. 5.

32 Consequenter insiciendum erit, in hoc aliquod esse fisco privilegium: nam si agat contra privatam possidentem, probare debet ad victoriam bona super quibus disceptatur, debitori post fiscalem contractum fuisse quaesita; & è contra, si privatus sit actor, docere astringitur, bona fuisse debitoris, ante quam cum fisco contraheret, Carleval d. disp. 34. nu. 18. Mantic. de tacit. convent. lib. 11. tit. 25. à nu. 14. Pacian. d. c. 25. nu. 88. Barr. in d. l. si is qui, in fin. n. 3. vers. Ultimo Quero, Negufant. supra, part. 5. memb. 2. nu. 43. Imò si nullus possideat, sed concurrant adversus communem debitorem, fisco incumbit onus probandi, bona ad illum post fiscalem obligationem pervenisse: quoniam privatus suam habet fundatam intentionem de jure, cum prior sit tempore; & qui niritur privilegio relato ad tempus; hoc probaturus est; Merli. d. lib. 3. q. 87. in fine, Mantic. supra nu. 15. 19. Pacific. de S. vian. interdict. inspect. 3. c. 2. n. 474. cum seqq.

34 Quæ tamen limitari possunt ex d. l. 1. juxta communem intellectum, si fiscus egerit ex causa onerosa, privatus verò de lucro certaverit, nam huic onus probat onis incumbet; cum ex identitate rationis privilegia ad casus similes adaptentur; quod non extensio, sed comprehensio nuncupatur; Carleval. tom. 1. tit. 1. disp. 2. nu. 535. Cyriac. controvers. 478. dub. 79. Molin. de primogen. lib. 3. c. 5. n. 6. 7. Pacian. d. nu. 85. licet hoc casus nisi adversarius possideat, dominiumque habeat; fiscum in omnibus bonis debitoris absque aliquo privilegio potiotem esse, probet Carleval. dict. tit. 1. 3. disp. 30. per totam, ubi defendit, creditores

posteriores ex causa onerosa præferri anterioribus ex lucrativa. Sed contrarium verus est.

Ibi: Sed ubi due apparent scriptura eodem die.

Non est legitima illatio: dos habet privilegium, ut instrumentum pro se in dubio prius factum præsumatur. Igitur idem fisco competit: si quidem in ambiguis pro dotibus respondendum esse: jure constitutum est; ut probavimus supra, à n. 11. In fisco autem contrarium, d. l. non puto, nec talis communicatio privilegiorum inter dotem, & fiscum, jure probatur, prout ibidem diximus.

Ad Num. 6.

De his supra. Illud omnino compertum est, duobus instrumentis eodem die confectis, uno in favorem dotis, altero in privati, vel fisci commodum, dotalem præcessisse præsumi, latissime Merli. d. lib. 3. q. 77. à n. 3. vers. Hinc inferitur, qui contra sentientes quoad fiscum, laudat nu. 7. 9. à nu. 89. Pareja d. tit. 7. resol. 5. nu. 5. nu. 48. Pacific. supra, num. 482. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 2. q. 3. nu. 5. 6. Mantic. d. lib. 11. tit. 26. num. 4. Maschard. conclus. 575. num. 1. 2. Bald. in l. dotis, C. de jur. dot. Staiban. Jur. resolut. forens. resolut. 3. num. 16. Menoch. dict. præf. 72. nu. 18. cum aliis, Gait. de credito, c. 4. à n. 1183. Cost. de privileg. credit. reg. 2. ampliãt. 6. n. 133. Thesaur. lib. 3. q. 106. num. 2. D. Larrea tom. 2. decis. 85. num. 2. O. ea d. q. 3. num. 17. Qui adversus possidentem, etiam tale privilegium doti competere, ait cum Pareja; Alfato, Fænuccio & Merlino. In fisco autem aliud tenendum est ex dictis per d. l. non puto, scilicet privato hoc casu non anteponi, ut probavimus sup. num. 16. Istud autem privilegium dotis ut ejus instrumentum anterius præsumatur, ad hæredes, etiam extraneos transire, probant Merli. q. 78. Jal. in l. 1. col. 3. vers. Terio adde, ff. de man. matrim. & alii contra Socin. in 3. notab. quibus adde Pacian. sup. vers. Quid quidem privilegium, ubi subdit, hoc idem privilegium comperere Doctori legenti, pro salario.

Non de sunt tamen existimantes aliqui; fisco, & muliere concurrentibus, dotale cessare privilegium; quos refert, ac rejicit Menoch. dict. præf. 72. nu. 14. Sed prima sententia communi, ac veriori admittitur, cui & D. Covar. consentit, aperte colligitur, nullum in hac specie privilegium fisco concessum esse: nam; si illud haberet, non uteretur mulier in ipsum suo privilegio, ex regula vulgaris quod privilegiatus contra pariter privilegiatum, non gaudet privilegio suo; l. verum 11. §. item queritur, ff. de minorib. c. auditis 3. de in integ. restit. l. sed & milites 10. ff. de excusat. tutor. Carleval. cum multis tom. 1. tit. 1. disp. 2. num. 633. Nec satisfacit dicere, dotem præferri, quia est magis privilegiata, ac favorabilis; Cancer. variar. part. 1. c. 9. nu. 3. Peregrin. de jur. fisc. libr. 6. c. 6. n. 33; si quidem ubi fiscus, & dos, in jure aliquod obrinent privilegium, illa potior non habetur: sed præfata regula inter eos servatur, dict. l. 2. C. de privileg. fisc. Ergo idem instrumentum dotale prævalet fiscali, quia dos habet privilegium; quos fiscus caret; ut Menoch. d. præsumpt. 72. n. 23. asseverat. Quod comprobatur ex veriori sententia, quam supra reculimus num. 46. nam dos præfata gaudet privilegio, etiam contra fiscum possidentem, quod aliter foret, si huic simile privilegium

legium competeret; ut vulgo dici solet, duo vincula vincunt unum, Menoch. conf. 176. num. 26. Grac. de nobilit. glos. 6. nu. 56. l. pen. C. de adop. atque ita duplex causa favoris, unica deberet prævalere.

Ibi: Minus obstat d. l. satis, qua speciale jus constituit.

Militaris annonæ favor tantum potuit, ut dos uxoris Primipili propter illius administrationem fisco sit obnoxia; si ex bonis viri, quod ex ea causa deberetur, consequi nequeat; atque ita in subsidium ad bona mulieris devenitur quod valde speciale est; Menoch. d. præf. n. 24. 25. Carleval; d. tom. 2. tit. 3. disp. 19. nu. 6. libr. 6. tit. 6. n. 42. Merli. libr. 3. q. 94. nu. 6. Escobar. de ratioc. in lib. 1. cap. 39. Capici. decis. 129. nu. 9. Gregor. Lop. in l. 25. glos. 7. tit. 13. part. 3. Gait. cap. 4. num. 1898. Mantic. sup. lib. 11. tit. 18. num. 8. Pont. de potest. Proreg. tit. de regal. impon. §. 8. n. 5. Gratian. discept. cap. 733. Flores de Mena variar. lib. 1. q. 6. art. 3. nu. 17. Maschard. de magistratib. lib. 5. cap. 9. nu. 9. Cardos. in prax. judic. verb. Marius n. 11. Sed hoc privilegium causæ Primipilaris ad bona paraphernalia non extendi; quoniam hæc penes uxorem semper extant, neque in dominium viri transferuntur, docent Merli. num. 26. Gratian. dict. cap. 733. num. 7. Escobar. num. 11. ubi alios laudat. Etsi quoque Primipili, quamvis patri hæredes non extent, paterna obligatione tenentur; l. fin. C. de Primip. lib. 12. Merli. nu. 6.

Ad Num. 7.

De officio Primipili scripsere Cujac. ad tit. de Primipilo, lib. 12. Codicis ubi Alciat. Escobar. supra, Negufant. part. 5. memb. 2. 27. Capici. à nu. 12. Calva. in lexic. verb. Primipilus: Just. Lips. de milit. Rom. in libro secundo dialogo 8. propè finem Mantic. dict. libro undecimo, tit. 18. n. 11. Barbos. in dict. l. 1. part. 7. à n. 11. Vvolfralg. Lazi comment. Reipub. Roman. lib. 8. cap. 17. num. 737. verb. Pilam, Merli. sup. num. 1. cum seqq. Merend. controversiar. jur. lib. 6. cap. 49. & alii plures congesti per D. Solorzanum de jur. Indiar. tom. 2. lib. 5. capit. unie. num. 129. Inter quos non convenit, quod fuerit Primipili munus; etsi l. 16. tit. 9. p. 2. extè definitum, fuisse Primipilum, qui Imperiale vexillum in acie ferebat, quem nos, Alferez, dicimus; illud tamen in consuetudine apud omnes ferè est, Primipilatam fuisse officium eminens, ac egregium militare, cui erat annexa administratio, & distributio militaris annonæ cum onere rationum reddendum.

42 Sed dubitatur, num decisio dict. l. satis, hodie locum obtinet in Regiis Thesaurariis? de quo disputat Merli. dict. question. 94. à n. 11. & cum communi negativè resolvit: quod limitat in eis, qui administrant pecuniam, vel annonam exercitui victui destinatam, vulgo, Pagadores, y Tenedores de Bastimentos; nam in his, dict. l. satis, constitutionem admittendam docet; à quo discedit Escobar n. 10. vers. Ex quibus patet.

Vers. His omnibus animadversis.

Habens privilegium, ut in dubio instrumentum pro se confectum præcessisse credatur, illo gaudet, etiamsi possideat adversarius; Pareja; pluribus laudatis, dict. resolut. 5. nu. 49. Olea dict. quest. 3. n. 4. Faria addit. ad Covar. Tom. 2.

17. Alfar glos. 1. privileg. 24. n. 106. Fanuci. in tract. de moment. tempor. c. 18. Merli. dict. lib. 3. quest. 77. n. 18. 19. & lib. 4. quest. 4. n. 42. Quod seculo privilegio secus esset, nam pro possidente præsumitur, capit. si à sede 31. de præbend. in 6. Pa. 44. cian. nu. 93. vers. Quintò, & ultimo, Menoch. de adipiscend. remedi. 4. n. 797. Franch. decis. 260. n. 4. Manti. sup. lib. 11. tit. 22. numero decimo quinto, Thesaur. quest. forens. 106. lib. 3. Tomar. decision. 74. n. 17. Olea, cum aliis laudatis sup. nu. 16. & omnes farentur: Sed fiscus illud privilegium duntaxat obtinet quando agit ex causa onerosa contra possessorem titulo lucrativo, ex d. l. 1. C. de jur. fisc. Imò si fiscus possideat ex quocunque titulo, & mulier pro dote agat, suo privilegio nihilominus utetur, & scriptura dotalis in dubio prius facta censetur, Camill. Visitar. in d. l. 1. n. 47. in 4. limit. C. de jur. fisc. libr. 10. quem sequitur Merli. d. quest. 77. à 16. de quo supra, à n. 46. quamvis fiscum possidentem præferendum dote, sentiat Jas. in dict. l. 1. nu. 7. ff. solut. matrim. Grot. ibi, n. 27. Peregrin. libr. 6. tit. 6. n. 34. Sed prior sententia tenenda est, cum fiscus à privato non differat (ut diximus dict. n. 46.) quoad rem, de qua agimus.

Ad Num. 8.

Fisco cum privato concurrente ad poenæ perfectionem ex eodem delicto, si bona delinquentis non sufficiant, causa fiscalis potior habebitur. Ita fert communis resolutio; Negufant. part. 2. memb. 4. nu. 115. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quest. 78. n. 1. Everard in loc. leg. 62. à fisco ad dotem, nu. 6. Tusch. pract. conclus. lit. F. concl. 399. num. 13. Farinac. in prax. crimin. quest. 25. num. 118. Sanch. in sum. lib. 2. cap. 22. nu. 94. Alfar. sup. glos. 16. nu. 20. Rodrig. de privileg. credit. art. 2. nu. 12. Villadieg. in politic. cap. 5. §. 12. nu. 13. Carleval. d. tom. 2. tit. 2. disp. 1. à nu. 32. licet contrariam, scilicet bona pro rata esse dividenda, Peregrini, & aliorum æquiorum agnoscat; sed ille non movetur ea ratione, qua D. Covar. in presenti, quod in dubiis fiscus privatus anteponitur, licet ejus meminerit: nam rectè perpendit, fiscum semper etiam ob delictum à die sententiæ hypothecam consequi in bonis condemnati; l. aufertur 46. §. fiscus; ff. de jur. fisc. quam sic communiter DD. intelligunt, Hannibal in l. post contractum 15. nu. 303. 313. ff. de donat. Peregrin. d. tit. 6. nu. 12. Merli. d. lib. 3. quest. 88. per totam. Parlador. different. 111. num. 15. Tellus Fernand. in l. 4. Taur. num. 60. Alfar. glos. 34. cum. 133. cum. seqq. Flores de Mena variar. lib. 1. cap. 6. art. 3. n. 3. Carleval. ubi proxime à n. 13. Privatus verò solum actionem obtinet personalem, qua ratione fiscus ob hypothecam illam excludit; certum quippe est, hypothecarios omnibus personibus etiam privilegiatis anteponi; l. pro debito 6. C. de bon. autor. judic. possidend. l. eos 9. C. qui potior. Carroc. de d. posit. quest. 49. n. 12. Flores de Mena sup. n. 38. Pichard. in §. quedam actiones, nu. 90. Inst. de action. Matienço in l. 7. glos. 5. nu. 3. tit. 16. lib. 5. Recopilat. Hermos. in l. 9. glos. 4. tit. 3. part. 5. Merli. libr. 4. quest. 14. Pascha. de patr. potest. part. 1. c. 8. n. 78. vers. Verum, Castill. Sicil. decis. 90. n. 39. Quod obtinet; etsi hypothecarius creditor de lucro, chirographarius verò de damno vitando contendat; Merli. cum aliis num. 6. Mantic. sup. lib. 11. tit. 22. num. 23. Sed contra communem, Peregrino nihilominus adhæret Hermos. in d. l. 9. glos. ultim. nu. 8.

Ad Num. 9.

Sequestrum ex triplex, voluntarium; judiciale five necessarium, & mixtum, de quibus Tusch. lit. S. conclus. 201. Menoch. de re inend. posses. remed. 3. ex n. 86. Corroci de sequestrat. quest. 3. Azeved. in rubric. nu. 6. 7. tit. 12. lib. 4. Recopilat. Pichard in S. praterea. nu. 20. Inst. quib. mod. re cont. oblig. & alii apud Hermof. in l. 1. glof. 4. num. 5. 6. 21. titul. 3. part. 5.

Necessarium autem, de quo in presentiam, tam Canonico, quam Civili jure regulariter est veritum; l. unic. C. de prohib. sequest. pecun. c. 1. ut lite pendent. l. 1. tit. 9. part. 3. Tusch. cum pluribus, sup. conclus. 202. n. 2. Neque fit nisi in casibus jure expressis, Ceval. tom. ultim. quest. 158. num. 2. Hermof. in l. 1. glof. 4. n. 4. tit. 3. part. 5. Marefcot. variar. lib. 2. c. 77. n. 1. Carroc. sup. in princ. n. 6. Caldas questio. forens. lib. 1. quest. 21. n. 31. Bernard. Graeva: ad practic. Camer. Imperial. lib. 1. conclus. 147. n. 1. Et qui postulat sequestrum fieri, probare debet, eo casu sequestrationem jure permissam esse; Tusch. nu. 2. Alexand. conf. 163.

in princ. lib. 6. Paris. conf. 41. n. 17. lib. 1. Rota apud Cardin. Cavalerium decis. 324. per totam. Neque fieri debet aliquo legitime possidente extra casus expressos, licet contentiones, ac rixae aliquin timeantur; Hermof. cum aliis sup. num. 11. 12. Casus autem in quibus sequestrum est permissum, tradunt Vivi commun. opinio. tom. 2. lib. 8. tit. 1. nu. 40. pag. 336. Gonzal ad regul. 8. Cancellaria. S. 7. procmii, n. 19. cum seqq. Tusch. a n. 12. De obligatione sequestris, latissime Cyriac. tom. 2. controvers. 358. per totam. Unde cum nulli statutum inveniatur, hujusmodi sequestrationem admitti favore sisci agentis, non est cur illi tale privilegium gratis concedatur, maxime in materia odiosa; & verita.

Illud autem addendum est, per sequestrum judiciale five necessarium, possessionem non transire in sequestrum: sed penes possessorem permanere; licet aliud sit in voluntario; ut pluribus relatis communem opinionem esse restantur Hermof. in l. 1. glof. 4. nu. 6. tit. 3. part. 5. August. Barbof. in cap. examinata. num. 10. de judic. At contra tenet Menoch. dist. remed. 3. num. 88. cum Coraf. & Aretin. scilicet per sequestrum, etiam voluntarium, possessionem saltem civilem non amitti.

Ad Num. 10.

Vulgare est axioma: ut agens rei vendicatione, fateatur adversarium possidere, l. 1. c. de alienat. judic. mutand. caus. fact. Marefcot. sup. lib. 1. c. 36. num. 21. Nicoll. Belloni. supputat. jur. lib. 1. cap. 19. Villadieg. sup. cap. 5. S. 12. num. 20. vers. Y tractando, ubi de fisco agit, Mysfinger. in S. omnium, n. 24. Inst. de actionibus. Ratio est, quia nequit intentari in eum, qui non possidet; Cyriac. tom. 2. controvers. 330. nu. 9. Abb. conf. 17. num. 1. vers. Nam rei vendicatio, volum. 2. Noguero. al. legat. 1. nu. 58. At non est praecise necessarium, reum habere veram possessionem, cum satis sit, ut adversus eundem rei vendicatio detur, quod rei petita detentor sit; l. officium 9. in fine. ff. de rei vendicat. Paz in praxi tom. 3. cap. 1. S. 3. num. 12. ubi alii Villadiego cap. 8. nu. 3. Hinc est, ut qui actione reali experitur, non censeatur sua possessioni renunciare, ut docet D. Covarruvias, nam solum affirmat reum esse in possessione rei, super qua litigat, & hoc non ultrò, sed necessario; Ludovic.

Bolognin. in l. naturaliter 12. S. nihil commune ff. de acquirend. posses. Neque renunciatio proprii juris est praesumenda; quoties aliter actus potest sustineri; argum. l. cum. de indebito. 25. ff. de probat. Carleval. ex multis, d. tom. 43. disp. 19. n. 14. & 58 disp. 23. num. 43.

Ibi: Sed si quis agat confessoria, aut negatoria.

Actio confessoria datur ei, qui intendit se habere servitutum jam constitutam in alieno fundo, vel domo, aut alibi; Negatoria vero ei qui inficiatur, alium in re sua habere servitutum, quae, etsi in rem sint, competunt etiam possidentibus; S. aequè se agant, ubi Jaf. nu. 54. Inst. de actionib. Pichard, ibi a princ. Morl. in emptor. jur. tit. de servitutib. nu. 103. cum seqq. Arifm. variar. sentent. tom. 2. titul. 569. Petr. Greg. syntagmat. lib. 4. c. 22. nu. 1. cum aliis, Aug. Barbof. in collectan. ad. c. examinata, num. 8. 9. de judic. Menoch. de retinend. remed. 5. nu. 39. cum seqq. Paz. sup. S. 4. nu. 20. 21. 30. cum aliis, Villadieg. supra, à nu. 4. Forcatul. dialog. 16. nu. Main. libr. 1. action. c. 13. Utrum haec actiones dentur pro aliis juribus, vel ut praesentandi: eligendi, & similibus? controvertitur; quo Pichard. n. 14. 22. Morl. nu. 104. Vaud. variar. questio. libr. 2. quest. 27.

Ibi: Ceterum si Regius procurator, populusve.

Hoc aded procedit, ut interim, non obstante possessione nobilitatis, nihilominus, qui convenitur, cum plebeis cogatur tributa solvere; l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopilat. de quo statim latius n. 68.

Vers. Primo hinc tollitur.

Licet super nobilitate sua litiganti, petitorium à fisco, vel populo propositum suspendere, & ad possessorem convolare; Parlador, different. 145. S. n. 2. Otor. de nobilit. part. 3. partis tertie princip. cap. 63. Guttier. practiar. lib. 3. cap. 4. n. 104. 109. Menchac. lib. 2. illustr. cap. 87. n. 20. qui duo ultimi loquuntur, quando in continente offertur probatio ad effectum gaudendi, dum lis agitur Nobilium exemptionibus.

Ibi: In quo est animadvertendum.

Idem notat Gutier. d. lib. 3. cap. 14. nu. 27. & 61 cap. 19. n. 20. Parlador. different. 145. in princip. n. 9. 10. ubi docet in judicio possessorio nobilitatis sufficere, ut probetur quasi possessio vicennalis litigantis, ejusdemque patris, & avi, in petitorio autem, etiam requiri immemorialis probationem: quam differentiam notarunt etiam Otor. sup. c. 7. nu. Garc. gloss. 12. Menchac. d. c. 87. n. 8.

Ibi: Ex quibus etiam constat, probationem hujus nobilitatis.

In causis nobilitatis, qui se nobilem esse intendit declarare, five actor, five reus sit, illud probare debet, aliàs succumbet; Padill. in l. in adibus. n. 5. C. de servitut. & aqua, Garcia glof. 8. n. 8. Guttier. ubi proximè, qui per totum caput disputat, an idem juris sit, licet qui litigat, habeat sententiam pro se super possessione; & n. 30. resolvit, ad huc plebeium esse pronunciandum; de quo Otor. p. 2. partis ter. princ. c. 5. nu. 15. ubi hoc Judicis relinquit arbitrio.

Ibi:

Ibi: Et etiam probatur jure, quo constitutum apparet.

63 Nobis nemo praesumitur, sed quilibet in dubio plebeius judicatur: quare hanc qualitate nobilitatis alleganti onus probationis incumbit; Pacian. de probat. lib. 2. c. 26. n. 6. vers. Cum autem, cum n. seqq. Menoch. de praesump. lib. 6. pras. 60 per totam. Guttier. d. c. 14. nu. 3. Joan. Garc. gloss. 12. nu. 15. Biæca de inop. debit. c. 14. n. 100. Otor. d. part. 3. c. 8. n. 11. Casane conf. 64. n. 9. Bald. in l. in actionibus, S. plane, col. 1. ff. de in lit. jurand. Padilla sup. d. n. 5. cum seqq. Tamen omnis praesumitur ex radice non infesta natus l. 3. C. de infantib. expost. Gutier. sup. At hæc praesumptio non sufficit, ut expostiti, aut alii, quorum parentes ignorantur, possint admitti, ubi statuta requirunt sanguinis puritatem. Lar. de anniversar. lib. 2. c. 4. n. 37. Girond. de privileg. explicat. nu. 1443. Barbof. in collect. ad rubric. de infant. expost. in fine.

Ibi: Quibus in locis uterque tractat.

65 Nobilitatem per existimationem communem probari, docent. l. provi tendam 7. C. de postulat. Pacian. supra. lib. 1. c. 49. n. 45. & ubi. 2. c. 26. à n. 59. Rotland. conf. 67. n. 28. vol. 3. Menoch. conf. 829. n. 14. 15. Mascari. de probat. concl. 190. n. 8. Bon. de Curtili in tract. de nobilit. p. 6. n. 3. Guttier. pluribus adductis sup. n. 6. Duem. reg. 299. limit. 3. Joan. Garcia glof. 7. n. 1. 1. 2. Matic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 1. tit. 10. nu. 36. Chaffane. in catalog. gl. mund. p. 8. consider. 16. vers. Et ideo. Hyppolyt. in l. de minore, S. plurium, n. 88. ff. de questio. nam communis hominum existimatio nobilitatem tribuit. Guttier. d. n. 6. Patian. n. 64. cum sequentib. Parlador. d. different. 145. S. 2. n. 3. qui cum aliis resolvit, quod ubi non sunt actus distinctivi, requiritur ad probationem nobilitatis per existimationem communem fama, quod litigans à nobili domo originem dicit; Et talem opinionem nobilitati probari necesse est à tempore immemoriali; Ripa lib. 2. r. spons. c. 26. n. 10. Joann. Andr. in c. Abbates de privileg. in 6. Guttier. supra. n. 9. Roman. sing. 289. Otor. d. part. 3. cap. 7. Nobilitas etenim tanto tempore acquiritur praescriptione, Pacian. dist. c. 26. n. 39. 40. Tiraquel. de nobilit. c. 14. At in locis, in quibus sunt actus distinctivi inter nobiles, & plebeios, probatio per existimationem communem, etiam immemorialem, non admittitur: sed opus est, probare nobilitatem per usum eorum actuum, Guttier. num. 14. 15. vers. Resolvimus Pacian. d. c. 26. n. 63. vers. Ex quo inferitur. Garc. glof. 7. n. 22. & glof. 10. à princ. qui duo sunt intelligendi juxta distinctionem Guttier. etsi absolute te loquantur. Atque per praefatos actus distinctivos nobilitas per viginti annorum possessionem, modo pater, & avus litigantis, in eadem fuerint possessione, juxta formam l. 8. tit. 11. lib. 2. Recopil. Guttier. n. 29. Garcia glof. 12. n. 1. cum seqq. quod est intelligendum secundum ea quae dicta sunt supra, n. 61. vers. Idem, notat.

Ad Num. 11.

68 Pendente lite super nobilitate, etsi in ejus possessione sit litigans, compellitur cum plebeis tributa pendere. d. l. 9. tit. 11. lib. 2. Recopilat. Parlador. supra. S. 1. n. 3. Menoch. conf. 1002. n. 23. Otor. part. tert. c. 5. Guttier. d. c. 14. n. 102. Bald. conf. 198. n. 3. lib. 1. Boss. in praxi crimin. tit. de Princ. & privileg. ejus. n. 146. Menchac. d. lib. 2. c. 87. n. 18. 19. Rebut. ad leges Gallie, tom. 3. tract. de materia

possessoria art. 2. glof. 26. 27. Didac. Per. in l. 6. glof. in embargante, tit. 2. lib. 4. Ordinam. Avendan. de exequend. mandat. lib. 1. c. 14. num. 23. Garcia sub glof. 10. Flor. de Mena variar. lib. 2. c. 21. n. 149. Ceval. tom. 2. q. 830. n. 64. Sed cum d. lex Regia excipiat, qui sunt in possessione nobilitatis notoriae, in qua etiam fuerant eorum pater, & avus; dubitatur, utrum possit obtineri, petitorio suspenso, cognoscatur de tali possessione, ne interim dum lis vertitur, tributa solvant litigantes; de qua quaestione Avendañ in cap. Correflor. part. 2. c. 14. n. 24. Menchac. d. c. 87. n. 18. Guttier. ubi proximè, à n. 104; ubi late disputat; & tandem n. 109. distinguit, ut si valde notaria sit nobilitas litigantis; admittatur probatio in continente ad praedictum effectum, alias secus. Sed Otor. d. part. 2. c. 4. n. 5. in fine & in part. princip. c. 2. nu. 12. asseverat, in praxi, litigantem omnino teneri ad solutionem tributorum absque distinctione.

Ibi: In quo solei dubitari an eadem pragmatica.

69 Quæstio ista perambigua est ut testatur Guttier. practiar. lib. 1. c. 25. per totum, & Otor. dist. p. 3. c. 3. n. 5. cum seqq. quorum primus cum Ceval. quest. 830. n. 64. affirmat, litigantem interim eligi posse ad officia Nobilium, nec ante sententiam possessione, in qua est, privandum. Ultimus in contrariam opinionem inclinatur cum D. Covarruvias. hic, & Did. Per. in dist. glof. no embargante, versu. Utrum autem, volum. 138. c. ipsamque rueretur. Pro quantum opinionum conciliatione dici forsan posset, priorem procedere, ubi valde notoria esset litigantis nobilitas; posteriorem vero, si de ea aliquomodo possit dubitari. Pro qua distinctione facit doctrina Guttier. sup. lib. 4. questio. 15. n. 10. docentis, debitorem dum de sua nobilitate cognoscitur in vinculis esse debere, aut sub fidejussore laxandum, nisi notoria nobilitate fulgeat, tunc enim interim, sine si leissione dimitendus. Item facit illud, quod ex aliis tradit Barbof. in cap. omnipotens 4. n. 3. de accusat. scilicet decisionem illius textus, dum in eo cavetur, ne quis de crimine accusatus, vel denunciatus, judicio pendente, ad dignitatem Ecclesiasticam eligatur; non obrinere, si fama accusati non sit læsa apud graves, & honestos viros, atque ita si innocentia notoria fuerit accusati, poterit ad dignitatem eligi, ex quo bene inferitur, quod si litigans sit notorie nobilis, non obstante lite, poterit ad officium publicum nobilium admitti. Sed aliud hodie praxis observat, nam in opidis, in quibus Nobiles à plebeis, tam per contributiones, quam per officia distinguuntur, qui super sua nobilitate litigat, habilis est, interimque officium Nobilium exerceat: ubi vero eae distributiones distinctivae non sunt, sed solum per officia Nobiles ab ignobilibus discernuntur, dum quis litigat de nobilitate, eligi ad ea non potest. Ita à me consultus quidam petivimus, satisque expertus nobilitatis causarum iudex in Pintiana Cancellaria respondit.

Ad Num. 12.

Agens, ut Nobilis pronuncietur, potest omisso petitorio à se deducto, ad possessorem transire; modo in causa non sit conclusum; Parlador. dist. different. 145. S. 1. n. 1. Otor. d. part. 3. c. 3. n. 11. Joann. Garcia gloss. 11. Idemque est, si à fisco petitorium proponatur, ut dictum est supra, n. 61.

Ad Num. 13.

De iis, quae hoc numero D. Covarruvias explicat, & de